



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

95. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 67  
tribu Levi quisquam ad Dei ministerium fure-  
rat præceptus admitti:

De eadem re. *Capit. xcii.*

X C I V . Statutum est ab Episcopis de Pref-  
byteris , ut qui feminas secum indiscretè ha-  
bitare permittunt , & propter hoc malæ opi-  
nionis suspicione denotantur , si deinceps ad-  
moniti non se correxerint , velut contempto-  
res sacrorum canonum , canonica invectione  
feriantur.

Lib. r. Capi-  
tular. c. 98.  
Burchard. lib.  
2. c. III.

Rectè hoc capitulum laudat Regino , si ra-  
tio habeatur veterum codicum. Etenim caput  
istud , quod in editionibus est xcviii. libri  
primi , xcii. est in codicibus Colbertino &  
Rivipullenſi , ubi in libro primo defunt sex  
capita quæ extant in editionibus. In veteri  
codice MS. Bibliotheca regiae , ex quo pro-  
diit prima editio Parisiensis , est numero xci.

De eadem re. *Ex Concilio Vvormaciensi*  
*cap. xxxviii.*

X C V . Placuit ut Episcopi , Presbyteri , Concil. Vvot.  
Diaconi , Subdiaconi abstineant à conjugibus , mac. c. 9.  
ut non generent filios. Quòd si hoc decretum  
violaverint , ab honore clericatus pellantur.

De eadem re. *Ex decretis Papæ Leonis.*

X C V I . Lex continentiae eadem est alta-  
ris ministris quæ Episcopis atque Presbyteris ; Decreta Leo.  
qui cùm essent laici sive lectores , licetè & uxo-  
nis l. c. 17.  
res ducere & filios procreare potuerunt ; sed  
qui cùm ad prædictos pervenerunt gradus , cœpit  
Burchard. lib.  
eis non licere quod licuit. Unde ut de carnali  
1. c. 114.

E ij